



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Historia Missionis Anglicanæ Societatis Iesv**

**More, Henry**

**Avdomari, 1660**

Artes Daemonis ad opus interturbanum. n. 24.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38320**

inde Religionis restitutionem repeterent vnde per alterum *Gregorium est ipsa 15750*  
Religio deriuata. Placuerunt Pontifici quæ proponebantur; iussitque vocari  
Rhemis septem, dicebatur enim census esse totidem alendis præter Sacerdo-  
tes & Peregrinos. Exiguus deinde vius est magnorum animorum Pontifici  
is numerus; & plures adiungi voluit ærarij sui sumptibus. Tum etiam cum  
initia hæc non patum probarentur, vniuersum hospitium, iura omnia, & re-  
ditus, amotis aliò Capellanis, auctoritate sua, non ita multo post tempore, in  
seminarium commutauit, translatâ eius administrandi regendiisque curâ in  
Dominum Mauritium Clenocum, qui & studentium disciplinam, & rem  
moderaretur, & peregrinorum studeret ipse subsidio.

XXIV. Inimico generis humani, bonorum omnium captorum inuidus,  
nunquam deest vigilantia, quâ lucrefcenti feliciter tritico supereminet oc-  
cultè zizania; sperauerat postquam laceratis templis, euulsis altaris, exina-  
nitis Religiosorum hominum domibus, cœctis exterminatisque Sacerdotibus  
Dei cultum ex oculis Maiestatēque Religionis sustulisset, collapsura cum  
die cætera atque ipsa cessatione obliteranda. Cum verò noua Prole veteres  
ruinas impleri consiperet, & non legum leueritate, non vexantiam fauitiâ,  
non periculorum numero, non mortis atrocitate arceri posse ab ea quam foris  
conceperat pietate in gentiles suos refundenda, ad apertam vim, quâ non mod-  
icè valebat, occultam fraudem adiiciendam esse existimauit. Veteres inter  
Sacerdotes primùm quia Mariae temporibus remanerant, & nouos è semi-  
narijs profectos, discordiæ, aut inuidiæ flamas si accendere, si hos & illos  
aduersum seipso committere potuissent, magnam rem præstisile arbitrabatur.  
Erant enim illi iam senio effati, hi vegeti & ad labores atque discrimina expe-  
diti. Illi docti quidem, hi acuti magis & prompti; Illi conuentudinum quæ do-  
mi inualuerant tenaciores, hi externis etiam moribus ac disciplinis cultiores:  
Ista Catholicos excitabant ad hos illis præferendos sequendosq;: Magistratus hæ-  
reticus, quod igni oleū adderet, cum illis facere, hos perdere omni ope adlabora-  
bat; ficta quadam pietate vel immunitatem illis concedebat, vel quæ facerent,  
dissimulabat; hos omni arte atque asperitate, seu legum, seu perscrutationum, seu  
poenarum, ac tormentorū, vel de vita vel de regno deturbare moliebatur: Hinc  
inter ipsos carceres & Dei causâ tolerata supplicia glisebat sœpè dissidium,  
quasi hi noui non ad reuocandam conseruandamque in pusillo grege, sed ad  
euertendam Ecclesiæ pacem nati factique essent. Tum arcem ipsam petens, ere-  
ctum recenter Romæ Seminarium, mota inter Alumnos lite, in proximo erat  
vt ab radice conuelleret: Benignitate ac liberalitate Pontificis numerabantur  
Auditores quadraginta: Prærat is quem diximus Clenocus: vir bonus & non  
leviter eruditus, electus olim Maria regnante ad curas Episcopales; is tamen  
vel quoniam in senium iam prouectus, vel quia regendæ Iuuentutis expers,  
aut unus omnibus non satis erat, multos in se multorum querelas accerferat,  
de re non recte neque forte quâ lance administrata: Ut enim erat ipse de anti-  
quis Britannis oriundus (qui Anglia nunc partem incolunt, & vulgo dicuntur

Artes Dœ-  
mones ad  
opus inter-  
turbandū,

Dissidium  
Sacerdo-  
tam,

Et Alume-  
norum in  
vade.

1578. tur Walli, cùm antiquissimè tota Insula Britannia esset) contribulibus suis septem plus indulgere quām cæteris ex reliqua Angliae parte collectis, ab his credebatur. Atque vt ab exigua scintilla ingens ignis inflammatur, tota paulatim arsit domus; curritur ad Cardinalem Moronum Protectorem; aditus libellis supplicibus patet ad ipsum Pontificem, per Ludouicum Blanchettum Pontificij cubiculi Præfectum: Orant, oblecrant, flagitant, detur illis Rector alius, alia moderandæ domus constitutio: Atque vt nè in incertum abire cogitatione viderentur, laudatis Patribus Societatis Iesu, ab vnu gubernandi atque peritia, à copia & dignitate Magistrorum, ab consimili fine atque instituto, ab auctoritate denique apud Principes viros per quos captum opus exurgere & corroborari plurimum posset, hos imprimis postulant moderatores, defensorēsque. Neque frigidè aut oscitanter, neque paruo tempore certatur contraria rationibus: Hinc Protectore Clenoci causam sustinente, & tumultuantes modò minis & increpando, modò luadendo comprimere volente: Illine Patribus Societatis repugnantibus, & à se noui Seminarij curam deplentibus, cùm oppidò iam multis grauati, non parum à communibus causis per hæc domestica munera auocarentur: quapropter in lecūda eti: in sua Congregatione decreuerunt huiusmodi Seminariorum onus suscipiendum in posterum non esse ubi commodè posset euitari.

Petunt è Societate Rectorem  
XXV. Eò res increuerat, vt cùm agente Cardinali esset optio vel mandati sub Clenoco, vel abeundi vrbe, Angli triginta tres, electis Britannis, domo confestim euolarint, vrbe discessuri si remedium malis aliud non datur. Et difficile erat cognoscere utrum maioribus animis, an virtute agerentur: species enim erat & forma quædam tumultus: at non communibus tantum in literis ad Pontificem, ad Cardinalem, ad cæteros datis profitebantur se in præuentiarum quidem voluntate incirari proficiendi in pietate & scientia, atque in reliqua Ecclesiæ disciplina diligentius se exercendi, in futurum verò hæc ipsa in patriam hæreti oblessam reducendi, vitam etiam & sanguinem pro Orthodoxa fide reponenda oppigneraturi; atque ea propter ardentes votis conspirante animorum omnium consensu; Reverendos Patres Societatis Iesu, disciplinæ ac pietatis Magistros, fofius Seminarij Rectores petere: Sed etiam cùm præceptum esset vt singuli quid optarent, separatim, & iurati scriberent, Primus in hæc verba lcripsit. Ego Rodolphus Sherwinus Deum testor cordium omnium scrutatorem, me eius tantum honoris ampliandi pati i.e.g. inuanda causâ, regimen Seminarij huius Patribus Societatis committendum censem: idque supplex peto. Sexto inde vel septimo loco Dominus Mulhaus: Ego Ioannes Musbaeus propria conscientia & motu, & humiliter peto hoc regimen tradi Patribus Societatis: Uc: ) in quam sententiam cùm singuli, nullo dempto, conspirarent, ad laborantibus deinde Thoma Goldwello-Episcopo Astaphensi, & Richardo Shellæo magno Angliae Priore, ac cæteris qui in vrbe aliquid poterant Anglis, mādato Pontificis reuocati sunt vniuersi ad campum Floræ, & Mercuriano Societatis Generali impositum obedientiæ præceptum, vt de eo